*[c. 1:]* QUATTUOR PRINCIPALIA CONSTAT ESSE CONCILIA.

Primum eorum Nicena synodus est CCCXVIII episcoporum Constantino imperante. Secunda synodus est Constantinopolim congregata sub Theodosio seniore CL patrum. Tertia synodus est Ephesina prima CCtorum episcoporum sub iuniore Theodosio edita. Quarta est synodus Calcidonensis DCorum XXXa sacerdotum Marciano imperante. Haec sunt IIIIor principalia concilia. Sed et si qua sunt praeterea a sanctis patribus spiritu dei plenis sancita post istorum quattuor auctoritatem, id est, quae nihil eorum demant inconveniens, nihil superaddant, omni reverentia sunt colenda et audienda concordantia omnimodis sanctorum apostolicorum venerabilibus decretis. Amen.

*[c. 2:]* DE DOCTRINA ET EXEMPLIS EPISCOPORUM. ISIDORUS.

Tam doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit. Unusquisque praelator bone actionis et bone praedicationis habere debet Studium.

*[c. 3:]* GREGORIUS IN PASTORALI.

Sit praelator discretus in silentio, humilis in verbo, ne aut tacend<a> proferat aut proferenda retiscescat. Nam sicut incauta loquutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hi<s>, qui erudiri poterant, in errorem derelinquunt.

*[c. 4:]* SENTENTIA. IDEM.

Omnes enim homines natura aequales genuit, sed variante meritorum ordine alios aliis culpa postponit, ut, quia omnis homo aeque stare non valet, alter regatur ab altero.

*[c. 5:]* ISIDORUS. DE DISCRETIONE DOCTRINE.

Non omnibus una eademque doctrina est; diversa exortatio erit doctorum. Quosdam vero exortatio corrigit blanda.

*[c. 6:]* VERSUS IN BIBLIOTECA.

In hoc quinque libri continentur codice Mo<ysis>
Bella ducis Iosue seniorum et tempora patr<um>
Ruth, Iob et regum <bis> bi<ni> namque libelli
Atque prophetarum sancti bis octo libelli
Carmina praeclari Christi patris ymnica David
Et tria pacifici Salomonis opuscula regis
Iungitur his sophye Hiesu simul atque 1<ibell>us
Et Paralipomenonis enim duo nempe libelli
Hinc Ezrae, Nemiae, Haester, Iudith atque libelli.

---

**Dan.-Handschrift:**
**20:** DISCRETIONE] DISCRETIONIS *Bn* **24**: Moysis] mors *Bn* **25**: patrum] patrem *Bn* **26**: bis bini namque] binamque *Bn* **30**: libellus] lucidus *Bn* **32**: Nemiae] neiemie *Bn*

---

**Quellen:**
*c. 1: Quelle: Pseudoisidor, Praefatio, ed. Hinschius, S. 20,12-32.*
*c. 2: Quelle: Isidor von Sevilla, Sententiae 3,36,1 und 2a.*
*c. 3: Quelle: Gregor I., Regula pastoralis 2,4 am Anfang.*
*c. 4: Quelle: Gregor L, Regula pastoralis 2,6 am Anfang, leicht gekürzt.*
*c. 5: Quelle: Isidor von Sevilla, Sententiae 3,42,1. Die Quelle ist tendenziös gekürzt: Nach* 21 est *wurde* adhibenda sed pro qualitate morum *und nach* 21 doctorum *wurde* Nam quosdam increpatio dura *ausgelassen. Die Vorschrift wird damit gemildert: Eine Ermahnung soll nur wegen des Glaubens, nicht aber wegen sittlicher Verfehlungen erfolgen; außerdem entfällt die Möglichkeit des harten Tadels zugunsten der milden Ermahnung.*
*c. 6: Quelle: Alcuin, Carmen 68, ed. Duemmler, MGH Poetae latini 1, S. 287,1-9. Der Text ist mit vielen Schreibfehlern entstellt.*

*[c. 7]* IN DECRETALIBUS APOSTOLICORUM SANCTORUM URBIS ROME. IN EXCERPTIONE QUADAM EX SYNODALIBUS GESTIS SANCTI SILVESTRI PAPAE.

Ut nullus laicus accusationem aut crimen clerico inferre audeat. Et ut presbyter <non> adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolitus adversus subdiaconum, similiter inferiori gradi non audeant aliquam accusationem aut iniuriam inferre.

*[c. 8:]* ITEM IBI.

Et non dampnabitur praesul nisi in LXX duobus testibus neque praesul summus a quodam iudicabitur. Presbyter autem non dampnabitur nisi in LXIIII testibus probatissimos et idoneos et nisi sine sint aliqua suspitione non recipiantur. Diaconus in XXVI, subdiaconus in XII testibus dampnabitur similiter idoneos ut supra.

*[c. 9:J* ITEM IBI.

Testes autem et accusatores sine aliqua sint infamia uxores et filios habentes et omnino Christum praedicantes.

*[c. 10:]* ITEM IBI.

Testimonium laici adversus clericum nemo recipiat. Nemo enim clericum quemlibet in publico examinare presumat nisi in ecclesia.

*[c. 11:]* ANACLETUS PAPA.

Accusatores autem et testes esse non possunt, qui aut hesternum diem aut nudiustertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne lesi ulcisci se velint.

*[c. 12:]* EVARISTI PAPAE.

Scitote, fratres cuncti, quod supra omnes vos laborat sacerdos. Unusquisque enim vestrum suum fert laborem proprium, ille vero et suum et singulorum et ideo, sicut ille pro omnibus vobis, ita et vos omnes pro eo summopere laborare debetis i<n> tantum, ut, si necessitas fuerit, animas vestras pro eo ponatis.

---

**Dan.-Handschrift:**

**37:** inferiori gradi] *so Bn* **41**: probatissimos et idoneos] *so Bn (vgl. Z. 43)* **43**: idoneos] *so Bn (vgl. Z. 41)* **50**: PAPA] PAPAE *Bn* qui aut] quia in te *Bn* **56**: in] id *Bn*

---

**Quellen:**

*c. 7: Quelle: Ps.-Silvester, ed. Hinschius, S. 449,16-20. Der Text ist an zwei Stellen weiter interpoliert: Vor* 35 crimen *ist* accusationem aut *eingefügt, ebenso wie am Schluß* 37 aut iniuriam *interpoliert ist.*

*c. 8: Quelle: Ps.-Silvester, ed. Hinschius, S. 449,21-26. Die Quelle ist tendenziös bearbeitet. Der Rechtsschutz, den Ps.-Silvester den Kardinalpriestern bzw. -diakonen gewährt, wird auf alle Priester und Diakone ausgeweitet, indem nach* 42 autem *das* cardinalis *und nach* 42 Diaconus *das* cardinarius constructus urbis Romae *der Quelle gestrichen wird. Zugleich werden die Anforderungen an die Zeugen verschärft: Sie sollen* probatissimi et idonei *(Vgl. Ps.-Anacletus, ed. Hinschius, S. 76,2f.) und* sine aliqua suspitione *sein, während die Quelle (ed. Hinschius, S. 449,27) lediglich* sine aliqua infamia *verlangt. Daß Ankläger keinerlei Verdacht unterliegen dürfen, fordert Pseudoisidor häufig, vgl. CA 3q und die dort angeführten Stellen. Eine wörtliche Parallele für Zeugen ist nicht bekannt. Schließlich ist bemerkenswert, dass die Zahl der Zeugen für Priester von 44 auf 64 und für Subdiakone von 7 auf 12 erhöht wird.*

*c. 9: Quelle: Ps.-Silvester, ed. Hinschius, S. 449,26-28.*

*c. 10: Quelle: Ps.-Silvester, ed. Hinschius, S. 449,28f. Die Quelle ist interpoliert: Statt* clerici adversus laicum *schreibt Coll. Dan.* 48 laici adversus clericum. *In der gleichen Weise sind u. a. die Handschriften von Gruppe 1 der Klasse A in CA 14 interpoliert, wobei Gruppe 1 auf die Fälscherwerkstatt selbst zurückgehen dürfte, vgl. oben S. 14ff. Demnach scheint sowohl die Lesart* clerici adversus laicum *als auch* laici adversus clericum *auf die Fälscherwerkstatt selbst zurückzugehen.*

*c. 11: Ps.-Anacletus, ed. Hinschius, S. 84,16f.*

*c. 12: Ps.-Evaristus, ed. Hinschius, S. 91,24-27.*

*[c. 13:]* ITEM IN EODEM.

Non oportet recipi accussatores vel vituperatores super sacerdotem et non oportet eos a iudicibus ecclesie audiri, antequam eorum discutiatur aestimationis suspitio vel infamia, mores, conversatio, fides et vita et tunc nosci poterint, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua constantia quove merito, si pro deo aut pro vana gloria aut inimicitia vel odio aut cupiditate fecerint necne. Haec omnia fideliter perscrutanda.

*[c. 14:]* IN DECRETALIBUS FABIANI.

Ut omnes, qui in catholica fide suspecti sunt, in acusatione recte credentium non suscipiantur, quia suspecti semper sunt movendi magis quam recipiendi. Merito ergo eorum refutatur accusatio, qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem et legem, quid agere debent, ignorant.

*[c. 15:]* UT SUPRA.

Volumus autem, ut, cuius fides, vita et libertas morumque actio nescitur, vel qui infamiae maculis sunt aspersi aut aliquibus sceleribus inretiti aut dudum criminalibus vitiis convicti, neque eos sacerdotes debere aut posse accussare, qui rite sacerdotes fieri non possunt nec sui s<unt> ordinis. Sicut sacerdotes vel reliqui clerici a secularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi et alienandi criminatione, et sicut isti ab illis, ita et illi ab istis non recipiantur. Si enim in rebus secularibus suum cuiusque ius et propri<u>s ordo servandus est, quanto magis ecclesiasticis dispositionibus?

*[c. 16:]* ITEM IBI.

Ad hoc praeordinavit vos deus, ut omnes iniustitias removeatis et omnes praesumptiones abscidatis et sacerdot<ibu>s ibi laborantibus succurratis, et obprobriis et calumniantibus eorum locum non praebeatis, sed ei, qui calumniam et obprobrium pa<t>itur adiutorium feratis. Illum vero, qui calumniam et obprobrium facit, abscidatis et domino in sanctis sacerdotibus opem feratis.

*[c. 17:]* ITEM IBI.

Placuit, ut semper primo in accusatione clericorum fides et vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet praecedere, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant aut non recte conversationis vitam ducunt, quoniam tales facile et indifferenter lacerant et criminantur recte pie viventes. Ideo suspitio eorum discutienda est primo et corrigenda.

---

**Dan.-Handschrift:**

**72**: qui] quae *Bn*  suis sunt] suis *Bn*  **75**: proprius] propriis *Bn*  **79**: sacerdotibus] sacerdotes *Bn*  **80**: patitur] paritur *Bn*

---

**Quellen:**

*c. 13: Ps.-Evaristus, ed. Hinschius, S. 92,5-10. Auffällig ist der Einschub* 60f. vel - poterint *Daß die Sitten der Ankläger geprüft werden sollen, findet sich bei Pseudoisidor sonst nicht;* conversatio, fides et vita *ist dagegen eine bei Pseudoisidor häufig wiederkehrende Wendung (vgl. die zu CA 13 angeführten Stellen), die vor Pseudoisidor nicht nachweisbar ist.*
*c. 14: Quelle: Ps.-Fabianus, ed. Hinschius, S. 158,19-22. Für keinen der beiden umfangreicheren Einschübe* (66 magis - recipiendi *und* 66f. et - debent) *gibt es eine wörtliche Parallele bei Pseudoisidor.*
*c. 15: Quelle: Die Vorlage von Ps.-Fabianus, ed. Hinschius, S. 162,10-15 und 162,28-163,1 in den Materialien Pseudoisidors. Dass Vorlage hier nicht Ps.-Fabianus sein kann, sondern nur dessen Vorlage, geht aus dem in Z. 71 nicht interpolierten, sondern vielmehr stehen gebliebenen* aliquibus *hervor (Quelle für Ps.-Fabianus ist CA 14 mit* aliquibus; *es gibt keine Pseudoisidor-Handschrift aus dem 9. Jahrhundert mit* aliquibus). *Weitere Abweichungen:* 70 Volumus - ut *und* 71 aut - convicti *sind hinzugefügt.*
*c. 16: Quelle: Ps.-Fabianus, ed. Hinschius, S. 163,10-15 bzw. dessen Vorlage in den Materialien Pseudoisidors mit einigen kleineren Abweichungen.*
*c. 17: Quelle: CA 3a-c. Die Zuschreibung an Papst Fabianus scheint also falsch zu sein. Allerdings findet sich bei Ps.-Fabianus, ed. Hinschius, S. 167,13-168,17 ein umfangreicher Auszug aus den CA. Es wäre möglich, dass dieser Auszug in einem Entwurf zu dem gefälschten Papstbrief noch länger war, wodurch sich die falsche Inskription erklären ließe.*

*[c. 18:]* IN DECRETALIBUS INNOCENTII PAPE.
Nam si fuerit quis suis rebus expoliatus aut, qu<o>d absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a sede propria eiectus aut in detentione aliqua sequestratus, antequam in pristino restituatur honore et sua omnia, quae ab insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerint, redintegrentur, convocari nec iudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate minime iudicandus advenire sponte elegerit, nec omnino a quoquam respondere rogetur, antequam integerrime omnia, quae amiserat, restituantur.

*[c. 19:]* ITEM IBI.
Infamis enim persona nec procurator potest esse nec cognitor.

*[c. 20:]* ITEM IBI.
Absente vero adversario non audiatur accusator.

*[c. 21:]* ITEM IBI.
Si quis autem iudicem adversum se senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

*[c. 22:]* ANACLETI PAPE.
Primo semper vita et persona accusantium diligenter inquiratur et postea, quae obiciuntur, fideliter a fidelibus ecclesie pertractentur, quia nihil aliter fieri debet, nisi impeditorum prius vita discutiatur. Hi autem, qui non sunt bone conversationis nec legis divinis fulti, vel quo<rum> fides, mores, vita et libertas nescitur, non possunt sacerdotes domini accusare, nec viles persone in accusatione recte credentium non suseipiantur. Hi vero, qui in ali<qui>bus criminibus olim inretiti fuerunt, vel qui sunt suspitiosi, vocem adversus sacerdotem non habent accusandi, sed qui omn<i> suspitione carent.

*[c. 23:]* EX CONCILIO CALCIDONENSI CAP. XVIII. DE CONIURATIONE VEL CONSPIRATIONE.
Coniurationis vel conspirationis crimen et ab exteris legibus est omnino prohibitum, multo magis hoc in dei ecclesia, ne fiad, admonere convenit. S<i> qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes vel conspirantes aut insidias ponentes episcopis, presbyteris aut clericis, grado proprio penitus abiciantur.

*[c. 24:]* ITEM IN EODEM CAP. XXI. DE ACCUSATORIBUS.
Clericos aut laicos accusantes episcopos, presbyteros aut clericos passim et sine probatione ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio.

---

Dan.-Handschrift:
**89**: quod] quid *Bn* **93**: quae] quod *Bn* **100:** nulli] nullum *Bn* **105**: bone] bene *Bn* legis] *so Bn, vgl Z. 708* quorum] quos *Bn* **107**: aliquibus] ali rebus *Bn* **108**: sunt suspitiosi] suspitioni *Bn* accusandi] accusantidi *korr. aus* accusantibus *Bn* **109:** omni] omne *Bn* **112:** crimen] *korr. aus* nomen *Bn* **113**: Si ] Sed *Bn* **114:** grado] *so Bn* **119:** PRESBYTERIS] PRIS *Bn* **122:** proprius] *korr. aus* proprio *Bn* legitimo] legimo *Bn*

---

**Quellen:**

*c. 18: Quelle: CA 3i. Die Zuschreibung in der Inskription ist unerklärlich, wenn man nicht wieder ein Fälschungskonzept als Vorlage annehmen will.*
*c. 19: Quelle: CA 3s oder ein Fälschungskonzept, vgl. oben zu c. 17.*
*c. 20: Quelle: CA 3t oder ein Fälschungskonzept, vgl. oben zu c. 17.*
*c. 21: Quelle: CA 4 oder ein Fälschungskonzept, vgl. oben zu c. 17.*
*c. 22: Quelle: CA 12-14 oder ein Fälschungskonzept, vgl. oben zu c. 17.*
*c. 23: Quelle: Konzil von Chalkedon der Dionysio-Hadriana c. 18, ed. Schwartz, ACO 2, 2, 2, S. 58 (150),22-26 mit einer Interpolation:* 114 presbyteris *ist eingeschoben.*
*c. 24: Quelle: Konzil von Chalkedon der Dionysio-Hadriana c. 21, ed. Schwartz, ACO 2, 2, 2, S. 59 (151),14-16 mit einer Interpolation:* 117 presbyteros *ist eingeschoben.*

*[c. 25:]* EX CONCILIO CARTAGINENSI CAP. XX. DE PRESBYTERIS VEL CLERICIS ACCUSATIS.
Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati consortium collega, adiuncto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legi<ti>mo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est una secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

*[c. 26:]* ITEM IN EODEM CAP. XXX. DE ACCUSATO VEL ACCUSATORE.
Item placuit, ut accusator in eo loco, unde est, qui accusatur, si metuit aliquam vim temerariae multitudinis, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes perducere, ubi causa finiatur.

*[c. 27:]* EX CONCILIO AFRICANO CAP. XCV. QUOD EXCOMMUNICATI AD ACCUSATIONEM NON DEBENT ADMITTI.
Placuit omnibus, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis, quae non admittende sint ad acusationem clericorum, iam constitutum est, et que persone admitterentur, non expressum est, idcirco definimus eum rite ad accusationem non admitti, qui olim pro suis sceleribus excommunicatu<s> vel accusatus fuit, sive sit clericus, sive sit laicus.

*[c. 28:]* ITEM IN EODEM CAP. XCVII. UT, QUI UNUM CRIMEN NON PROBAVERIT, AD ALTERUM ADMITTI NON DEBEAT.
Item placuit, ut, quotienscumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur et, si unum ex ipsis, de quo prius egerint, probare non val<u>erint, ad cetera iam non admittantur.

*[c. 29:]* ITEM IN EODEM CAP. XCVIII.
Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti praecepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit.

*[c. 30:]* EX CONCILIO CARTAGINENSI CAP. VIII. QUOD NULLI CRIMINOS<O> LICEAT ACCUSARE.
Numidius episcopus dixit: Preterea sunt quamplurimi non bone conversationis, qui existimant presbyter<o>s passim vageque in accusatione pulsandos. Debent tam facile adnecti necne? AURELIUS EPISCOPUS DIXIT: Placet igitur: Is, qui aliquibus sceleribus inretitus est, vocem adversus presbyteros non habeat accusandi.

*[c. 31:]* EX EPISTOLA ANASTASII PAPAE CAP. II. QUOD NON SIT TEMERE IUDICANDUM DE HIS, QUI IAM AD DEUM MIGRAVERUNT.
Itaque monente nos beatissimo Paulo, ne, quod sit in hoc offendiculum ecclesie, dum, quod facere non possumus de his, qui iam ad deum transierunt, iudicare conemur, observandum esse tran-

---

**Dan.-Handschrift:**
**126**: eo] *korr. aus* eodem *Bn* **127**: sibi] *korr. aus* sobi *Bn* **132**: excommunicatus] exeommunicatur *Bn* **137**: valuerint] valerint *Bn* **140:** produxerit] produxerint *Bn* **141:** CRIMINOSO] CRIMINOSI *Bn* **144:** presbyteros] presbyteris *Bn* **145**: DIXIT] *korr. aus* DICIT *Bn*

---

**Quellen:**
*c. 25: Quelle: Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 20, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 141,228-233 und 236f. mit einer Interpolation:* 121 consortium collega *ist eingeschoben.*
*c. 26: Quelle: Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 30, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 144,318-322. Die Quelle ist tendenziös gekürzt: Nach* 126 ut *ist* accusatus vel *entfallen, so dass der Angeklagte weniger gebunden ist als der Kläger.*
*c. 27: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 95, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 230,1588-1596. Die Quelle ist tendenziös gekürzt und interpoliert. Während der echte Konzilskanon nur den von der Anklage ausschließt, der exkommuniziert worden ist und bis zum Zeitpunkt des Prozesses im Zustand der Exkommunikation bleibt, ist in Coll. Dan. vor* 133 sive sit clericus *die Präzisierung* in ipsa adhuc excommunicatione constitutus *gestrichen und durch* vel accusatus *ersetzt, so dass das Anklageverbot auf alle ausgedehnt wird, die jemals exkommuniziert oder auch nur angeklagt gewesen sind.*
*c. 28: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 97, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 231,1607-1611.*
*c. 29: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 98, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 231,1613-1615.*
*c. 30: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 8, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 135,72-79. Der Text ist interpoliert:* 144 *und* 146 *heißt es zweimal* presbyteros *statt* episcopos *vel* maiores natu *bzw.* maiores natu.
*c. 31: Quelle: Papst Anastasius II. an Kaiser Anastasius (JK 744) c. 2 aus der Dionysio-Hadriana.*

quillitas vestra cognoscat. Ait Paulus de his, qui de causis ad deum pertinentibus iudicare praesumunt: Nemo enim nostrum sibi vivit et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, deo vivimus, sive morimur, domino morimur. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

*[c. 32:]* ITEM UNDE SUPRA.
Falsus testis prout crimen est, abstinebit. Si vero mortis est, quod obicit, et probaverit, quod tacuit, placuit per biennium abstineri. Si vero non probaverit, conventu clero placuit per quinquennium abstineri.

*[c. 33:]* IN EPISTOLA PAPE SYMMACHI.
Ut accusatus, si quippiam privatur, nulli accusatori respondeat.

*[c. 34:]* ITEM IN EADEM.
Quod causa episcopi a solis episcopis terminetur. Et quod nihil <de> ecclesiasticis negotiis ad ministerium regis pertineat nisi oboedientie reverentia.

*[c. 35:]* ITEM IN EADEM.
*(a)* Quod apostolicis viris sit potestas concilium congregandi, non laicis. *(b)* Non licere laicis aliquid decernere de eclesiasticis facultatibus.

*[c. 36:]* IN DECRETALIBUS PAPE ANASTASII CAP. VI.
Ut imperator ecclesiasticis obtemperet.

*[c. 37:]* IN DECRETALIBUS PAPE LEONIS CAP. XLI.
Ut non amplius ab statuto concilii tempore quam diebus XV remorentur episcopi.

*[c. 38:]* IN CONCILIO AFRICANO. CAP. XII.
Concilium universale non nisi necessitate faciendum, et ut cause, quae communes non sunt, in suis provinciis terminentur.

*[c. 39:]* AFRICANUM CONCILIUM CAP. XLII.
De defensoribus ecclesiarum a regalibus dandis.

---

**Dan.-Handsehrift:**
**155:** probaverit] probaverint *Bn* **161:** de] *fehlt Bn* c. 39: *Text vor der Inskription Bn*

---

**Quellen:**
*c. 32: Quelle: Konzil von Elvira derHispana c. 74, Migne, PL 84, Sp. 309f.*
*c. 33: Quelle unbekannt.*
*c. 34: Quelle: Römische Synode vom 23. 10. 501, ed. Mommsen, MGH Auct. ant. 12, S.427,17f.:* nec aliquid ad se (scil.: serenissimum regem) praeter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere.
*c. 35a: Quelle unbekannt.*
*c. 35b: Quelle: Römische Synode vom 6. 11. 502, ed. Mommsen, MGH Auct. ant. 12, S. 448,10-12:* Quibuslibet *laicis* quamvis religiosis vel potentibus in quacumque civitate quolibet modo *aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus.*
*c. 36: Quelle: Papst Anastasius II. an Kaiser Anastasius (JK 744) c. 6 Rubrik aus der Dionysio -Hadriana:* Admonetur imperator, ut constitutis sedis apostolicae obtemperet
*c. 37: Quelle: Leo I. an Anastasius von Thessalonich (JK 411) c. 41 Rubrik aus der Dionysio-Hadriana.*
*c. 38: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 62 Rubrik, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 215,1127* (171 Concilium - faciendum) *und Text am Ende, ebd., Z. 1132f. Der erste Teil stimmt mit Ben. 3,92, der zweite Teil mit Ben. 3,93 überein. Da die Inskription von Coll. Dan. bei Ben. fehlt, kann Ben. nicht Quelle von Coll. Dan. sein. Coll. Dan. kommt als Quelle von Ben. nicht in Frage, da der ganze erste Teil von Ben. Buch 3 reihentreu aus der Dionysio -Hadriana, genauer aus einem Auszug aus der Dionysio -Hadriana (vgl. Seckel, NA 39,1914, S. 330f.) stammt, der bereits bearbeitet war (vgl. unten zu c. 39).*
*c. 39: Konzil von Afrika der Dionysio -Hadriana c. 42 Rubrik, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 202,686. Der Text ist in der gleichen Art interpoliert wie das aus dem gleichen Konzilskanon stammende Ben. 3,33 Rubrik (vgl. auch Ben. 1,33). Die Quelle schreibt:* De defensoribus ecclesiarum ab *imperatore* poscendis. *Bei Ben. wird daraus:* De defensoribus ecclesiarum a *rege*

*[c. 40:]* DE EODEM CAP. XXXVIII.
Non oportere plebem et principalem cathedram relinquere et ad aliam ecclesiam se conferre.

*[c. 41:]* EX CANONIBUS APOSTOLORUM CP. XV. UT CLERICI PROPRIAS ECCLESIAS NON RELINQUANT.
Si quis presbyter aut diaconus aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam ecclesiam pergat ad alienam et omnino demigrans praeter episcopi sui conscientiam in aliena ecclesia commoraverit, hunc ulterius ministrare non patimur.

*[c. 42:]* IN NICENI CONCILII CAP. XV. QUOD <NON> OPORTEAT DEMIGRARI.
Propter multam perturbationem et seditiones, quae fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, que praeter regulam in quibusdam partibus videtur admissa ita, ut de ecclesia ad ecclesiam non presbyter, non diaconus tran<s>feratur. Si quis autem post diffinitionem sancti et magni concilii tale quid agere temptaverit et s<e> huiuscemodi negotio manciparit, hoc factum prorsus irritum ducatur et res<tituatur>ecclesie, cui fuit presbyter aut diaconus ordinatus.

*[c. 43:]* ITEM IN EODEM CAP. XV.
De his, qui in ecclesiis, in quibus provecti sunt, minime perdurant.
Quicumque temere ac periculose neque timorem dei prae oculis habentes nec agnoscentes ecclesiasticam regulam discedunt ab ecclesia presbyteri aut diaconi, hi nequaquam debent in aliam recipi, ut <ad> suas ecclesias revertantur. Quod, si non fecerint, oportet eos communione privari.

*[c. 44:]* EX CONCILII SARDICENSIS CAP. I.
Quod non oporteat presbytero de ecclesia sua ad aliam ecclesiam transire.

---

**Dan.-Handschrift:**

**182:** NON] *fehlt Bn* **185:** transferatur] tranferatur *Bn* **186:** se] si *Bn* **187:** restituatur] res *Bn* **192:** ad] *fehlt Bn*

---

**Quellen:**
poscendis. *Coll. Dan. schreibt:* De defensoribus ecclesiarum a *regalibus* dandis. *Diese Übereinstimmung ist kaum durch einen Zufall zu erklären. Ben. 3,33 kann - wegen der richtigen Inskription, die bei Ben. fehlt - nicht Quelle von Coll. Dan. sein; Coll. Dan kann - wegen der Reihenverhältnisse in Ben. Buch 3 - nicht Quelle von Ben. sein. Gemeinsame Quelle von Ben. und Coll. Dan. muß also der Dionysio-Hadriana-Auszug sein, der Ben. Buch 3 zugrundeliegt (vgl. Seckel, NA 39, 1914, S. 330f). Dieser Auszug muß bereits interpoliert gewesen sein, da anders die gleichartige Interpolation von Ben. 3,33 Rubrik und Coll. Dan. c. 39 nicht zu erklären ist.*
*c. 40: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 38 Rubrik und Text, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 201,658-662. Die Quelle ist stark bearbeitet. Auf das Initium* (Non oportere) *hat vielleicht der Schluß des Konzilskanons eingewirkt (Z. 661:* diutius quam *oportet). Für* 176 plebem *ist die Rubrik benutzt (Z. 658:* De his qui *plebes* proprias derelinquunt), *während für* principalem - conferre *der Mittelteil des Kanons Pate gestanden hat (Z. 659-661:* relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diocesi constitutam se conferre). *Der gleiche Kanon ist nur leicht bearbeitet in Ben. 3,32 übernommen (vgl. Seckel, NA 39,1914, S. 336).*
*c. 41: Quelle: Kanones der Apostel der Dionysio-Hadriana c. 15, ed. Turner, EOMIA 1, 1, 1, S. 14,1-15,7.*
*c. 42: Quelle: Konzil von Nikäa der Dionysio-Hadriana c. 15, ed. Turner, EOMIA, 1, 1, 2, S. 268. Die Quelle ist sinnentstellend in pseudoisidorischer Tendenz bearbeitet: Zweimal (Z. 185 und 187) ist das Translationsverbot für Bischöfe gestrichen, wobei konsequenterweise auch* civitas *durch* ecclesia *ersetzt wurde (Z. 184).*
*c. 43: Quelle: Konzil von Nikäa der Dionysio-Hadriana c. 16, ed. Turner, EOMIA, 1, 1, 2, S. 269,1-12 gekürzt. Beachtung verdient die Streichung von* quicumque sub regula prorsus existunt *nach* 191 diaconi *mit gleicher Tendenz wie in c. 43: Da man unter* quicumque sub regula *auch Bischöfe verstehen könnte, wird die Phrase ausgelassen.*
*c. 44: Quelle: Konzil von Sardika der Dionysio-Hadriana c. 1, ed. Turner, EOMIA 1, 2, 3, S. 452f. Der Text ist verfälscht. Der echte Kanon spricht ein Translationsverbot für Bischöfe aus. Coll. Dan. bezieht die Vorschrift auf Priester. Entsprechend ist Wl* ut questum adquirant *anstelle des auf Priester schlecht passende* ut dominationem habeant *des Originals eingesetzt.*

Manifesta est autem causa, qua hoc facere temptat, cum nullus in hac re inventus sit presbyter, qui de maioris ecclesie ad minorem transiret. Unde apparet avaritie ardore eos inflammari et ambitione servire, et ut questum adquirant. Omnibus placet et huiusmodi pernicies sevius et austerius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat, qui talis est.

*[c. 45:]* CANON CALCEDONENSIS CAP. VIII.

Quod non oporteat clericos habentes adversum se invicem negotia proprium episcopum relinquere et ad secularia iudicia convolare.

Quod si clericus habet causam contra episcopum proprium vel adversus alterum, apud synodum provintiae iudicetur.

*[c. 46:]* CANON AGATENSIS.

Clericus, <ne> quenquam praesumat ad saecularem iudicem episcopo non permittente pulsare, sed si pulsatus fuerit, respondeat nec proponat nec audeat criminale negotium in iuditium saecularem proponere. Si quis vero saecularium per calumniam ecclesie clericos fatigare temptaverit et victus fuerit, ecclesie liminibus et catholicorum communione, nisi digne penituerit, arceatur.

*[c. 47:]* CANON AURELIANENSIS CAP. XXXV.

Clericus cuiuslibet gradu sine pontificis sui permisso nullum ad saecularem iuditium praesumat adtrahere, ne vel leviter inconsulto sacerdote clericum in saeculare iudicium liceat exhibere.

*[c. 48:]* CANON MATICENSIS CAP. X.

Ut neque presbyter neque diaconus neque subdiaconus de ecclesiis trahantur aut iniuriam aliquam inscio episcopo eorum patiantur, sed quicquid quis adversus eos habuerit, in notitia episcopi proprii producat, et ipse causa iustitiae praeeunte discutiens animo clerici accusantis satisfaciat.

*[c. 49:]* CANON MATCENSIS CAP. VII.

Ut nullus clericus de qualibet causa extra discussione episcopi sui ad saecularem iudicem iniuriam patiatur aut custodie deputetur. Quod, si quiscumque iudex cuiuscumque clericum absque causa criminale, id est homicidium, furtum aut maleficium, hoc facere fortasse praesumpserit, quandiu episcopo loci illius visum fuerit, a liminibus aeclesie arceatur.

---

**Dan.-Handschrift:**

**196:** maioris ecclesie] *so Bn, vielleicht ist* loco *oder dergl. ausgefallen* **198:** vindicetur] *korr. aus* vindioetur *Bn* **205**: ne] si *Bn* **210:** gradu] *so Bn mit Hss. BeASlMP4 der Quelle* sui] *korr. aus* suis *Bn* **215**: discutiens] *korr. aus* discutiat *Bn* **216:** MATCENSIS] *so Bn* **219:** criminale] *so Bn*

---

**Quellen:**

*c. 45: Quelle: Collectio Vetus Gallica 36,7, ed. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 478f. Abgesehen von* CAP. *statt* HIRA *ist der Text wörtlich übernommen, vgl. im einzelnen Mordek, ebd., S. 155, Anm. 271, wonach Coll. Dan. nicht unmittelbar auf der Vetus Gallica, sondern auf einem in mehreren Dionysio-Hadriana-Handschrifien überlieferten Vetus-Gallica-Auszug beruht.*

*c. 46: Quelle: Collectio Vetus Gallica 36,8, ed. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 479f. nach dem zu c. 45 zitierten Auszug.*

*c. 47: Quelle: Collectio Vetus Gallica 36,9, ed. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 480 nach dem zu c. 45 zitierten Auszug.*

*c. 48: Quelle: Collectio Vetus Gallica 36,10, ed. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 480f. nach dem zu c. 45 zitierten Auszug.*

*c. 49: Quelle: Collectio Vetus Gallica 36,11, ed. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 481f. nach dem zu c. 45 zitierten Auszug.*

*[c. 50:]* CANON CARTAGINENSIS CONCILII CAP. VIII.
Si presbyter fuerit accusatus cum quinque collegas ex vicinis episcopi causam suam audiant, subdiaconus cum duobus.
Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id est in presbyterii nomine quinque et in diaconii duobus, et episcopi ipsorum causam discutiant eadem dierum vel dilationum et a communione remotionum et discussione personarum inter accusatores et eos, qui accusantur, forma servata. Reliquorum autem causas etiam solus episcopus loci cognoscat et finiat.

*[c. 51:]* ITEM IN EODEM CAP. VIIII.
Si episcopo aut clerico fuerit crimen institutum.
Sane quisquis episcoporum seu clericorum, cum in eclesia ei fuerit crimen institutum vel in civiles causas fuerit commota, his relicto aeclesiastico iuditio publicis iudiciis purgare voluerit, etiam si pro illo fuerit prolata sententia, locum suum amittat, hoc in criminali iudicio. In civili vero perdat, quod eiciat, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad elegendos iudices undique aeclesie patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qui de universa eclesia male sentiend<o> saeculare de iuditio poscit auxilium, cum privatorum christianorum causas apostolus ad aeclesias defferri atque ibi determinare precipiat.

*[c. 52:]* ITEM IN EODEM CP. X.
Ut iudices aeclesiastici ad alios iudices causa<m> non provocent.
Hoc etiam placuit, ut a quibuscumque iudicibus aeclesiastici<s> ad alios iudices aeclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerit vel inimico animo iudicasse vel aliqua cupiditate vel gratia depravat<o>. Sane si ex <consensu> partium iudices electi fueri<n>t, etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non liceat prevaricari.

*[c. 53:]* CAP. XLVIIII. STATUTA AECCLESIA <E> ANTIQUA.
Querend<u>m in iudicio, cuius sit conversationis et fidei is, qui accusat, et qui accusatur.

*[c. 54:]* ITEM IN EODEM CAP. L.
Falsus accusator depraehensus absque ecclesia fiat, donec penitendo emendetur.

*[c. 55:]* IN DECRETALIBUS SANCTISILVESTRI PAPAE.
In consensu et sub<s>criptione omnium constitutum est, ut nullus laicus crimen clerico au-

---

**Dan.-Handschrift:**
**222**: collegas] *so Bn mit der Quelle* **234:** eiciat] *so Bn* **235:** sentiendo] sentienda *Bn* **237:** defferri] *korr. aus* differri *Bn* **239:** causam] causa *Bn* **240:** a quibuscumque] non aliquibuscumque *Bn* aeclesiasticis] aeclesiastici *Bn* **241f.:** si convinci] sicut vinci *Bn* **242:** depravato] depravat *Bn* **243:** consensu] *fehlt Bn* fuerint] fuerit *Bn* **244:** prevaricari] *so Bn mit der Quesnelliana (statt* provocari) **245:** AECCLESIAE] AECCLESIA *Bn* **246:** Querendum] Querendam *Bn* **250:** subscriptione] subcriptione *Bn*

---

**Quellen:**
*c. 50: Quelle: Breviarium Hipponense c. 8 aus der Quesnelliana, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 35f. Die Rubrik* (222f. Si presbyter - duobus) *ist nur in drei Quesnelliana-Handschriften (Wien, Österreichische Nationalbibl. 2141 und 2147 sowie Paris, Bibl. nat. lat. 3848A) überliefert.*
*c. 51: Quelle: Breviarium Hipponense c. 9 aus der Quesnelliana, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 35f. Die Rubrik* (230 Si - institutum) *ist nur in drei Quesnelliana-Handschriften (Wien, Österreichische Nationalbibl. 2141 und 2147 sowie Paris, Bibl. nat. lat. 3848A) überliefert.*
*c. 52: Quelle: Breviarium Hipponense c. 10 aus der Quesnelliana, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 35f. Die Rubrik* (239 Ut-provocent) *ist nur in drei Quesnelliana-Handschriften (Wien, Österreichische Nationalbibl. 2141 und 2147 sowie Paris, Bibl. nat. lat. 3848A) überliefert.*
*c. 53-54: Quelle: Eine Quesnelliana-Handschrift vom Typ Paris, Bibl. nat. lat. 1454. In dieser Sammlung ist c. 53 (=Stat. eccl. ant. c. 52, ed. Munier, Statuta, S. 88) als c. 49 der Stat. eccl. ant. überliefert und unmittelbar im Anschluß c. 54, das nicht zum eigentlichen Bestand der Stat. eccl. ant. gehört, vgl. im einzelnen Munier, Statuta, S. 40.*
*c. 55: Quelle: Ps.-Silvester, ed. Hinschius, S. 449,16-26. Der bei Ps.-Silvester lediglich Kardinalpriestern und -diakonen gewährte Rechtsschutz ist auf alle Priester undDiakone ausgedehnt, vgl. oben zu c. 8.*

deat inferre, et ut presbyter non adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolitus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolitum, non lector adversus exorcistam, non hostiarius adversus lectorem de accusatione aliqua. Presbyter autem nisi in XLIIII testibus non dampnabitur, diaconus in XXVI non condempnabitur, subdiaconus, acolitus, exorcista, lector, hostiarius nisi in septem testibus non condempnabuntur.

*[c. 56:]* IN DECRETALIBUS IULII PAPAE.
Nec crimin<e> carere potest, qui alterius exeommunicatum absque eius licentia, a quo communione privatus est, in communionem susceperit, canonibus scilicet iubentibus, ut excommunicatus ab aliis non suscipiatur viventibus illis, a quibus communione privatus esse dinoscitur.

*[c. 57:]* ITEM IULII PAPAE.
Decretum est, ne suspecti aut infames vel criminosi aut gratiosi aut calumpniatores vel affines aut scelerati aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales, qui omni careant suspitione. Haec omnia summopere praecavenda nec accusatio eorum facile est praecipienda dicente domino: Non suscipias vocem mendatii. Et apostolus inquid: Adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idone<i>s testibus.

*[c. 58:]* CANON CARTAGINENSIS CONCILII CAP. III.
Placuit, ut sacros antistites et dei sacerdotes necnon et levit<a>s, vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus et ab uxoribus se abstineant, ut possint simpliciter impetrare, quod a deo postulant.

*[c. 59:]* ITEM IN EODEM CAP. VII.
Placuit, ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

*[c. 60:]* ITEM IN EODEM CAP. XL
Si quis episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrerit et fuerit ei nimia necessitas,

---

**Dan.-Handschrift:**
**253:** de - aliqua] *so Bn statt* det accusationem aliquam, *vgl. ähnlich Hss. ValVa2 in CA* $13^{bis}$, *Z.247* 257: crimine] crimina *Bn* **258:** ab aliis] ab aliis ab aliis *Bn* **265:** idoneis] idones *Bn* **267**: levitas] levites *Bn 21 Ai korr. aus* remaneant *Bn* cum proprio suo episcopo] *so Bn* **279:** iudicum] iudicibus *Bn* **280:** qua] quae *Bn* si] *fehlt Bn* veras] veteras *Bn* **282:** facultatem] facultatum *Bn*

---

**Quellen:**
*c. 56: Quelle: Der gefälschte Brief der orientalischen Bischöfe an Iulius I., ed. Hinschius, S. 462,19-23.*
*c. 57: Quelle: Ps.-Iulius, ed. Hinschius, S. 473,5-7* (260f. Decretum - suspitione) *und ebd., S. 474,5-8* (261 Haec - 265 testibus).
*c. 58: Quelle: Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 3, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 133,26-29. Aus Gründen, die unten zu c. 60 erörtert werden, ist eine Benutzung der HGA (2. Konzil von Karthago c. 2, ebd., S. 13,32-34) weniger wahrscheinlich.* 268 et - abstineant *ist ein Zusatz der Coll. Dan. aufgrund von c. 4 des Konzils von Karthago der Dionysio-Hadriana (ebd., S. 134,35:* ab uxoribus se abstineant).
*c. 59: Quelle: Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 8 Rubrik, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 135,71f. Aus Gründen die unten zu c. 60 erörtert werden, ist eine Benutzung der HGA (2. Konzil von Karthago c. 6 Rubrik, ebd. S. 14,78) weniger wahrscheinlich.*
*c. 60: Quelle: Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 10, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 136,116-137,120. Der Schluß* (274 a - tribus) *ist in Coll. Dan. durch Wortumstellung schwer verständlich. Er lautet im Original:* a **XII** episcopis audiatur, et presbyter a VI (274 quinque *dürfte auf einen Fehler vielleicht schon in der Vorlage von Coll. Dan. zurückzuführen sein)* episcopis cum proprio suo episcopo audiatur et diaconus a **III.** *Die HGA (2. Konzil von Karthago c. 10, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 17,144-148) kommt hier wie in c. 58-59 als Vorlage aus folgenden Gründen kaum in Betracht: c. 61-65 können nur der Dionysio-Hadriana entnommen sein, nicht aber aus der HGA, und schließen sich in der Dionysio-Hadriana reihentreu an c. 58-60 an. Ferner benutzt die Coll. Dan sonst anscheinend an keiner Stelle unmittelbar die HGA. Schließlich stimmt die Kapitelzählung von c. 58* (CAP. **III)** *mit der Dionysio-Hadriana überein, während sich bei keinem Kapitel eine solche Übereinstimmung mit der HGA ergibt.*

ne in crimine remaneat, a XIIcim episcopis cum proprio suo episcopo, presbyter a quinque et diaconus a tribus.

*[c. 61:]* ITEM IN EODEM.
Ut corporibus mortuorum eucharistia non detur nec baptisma.
Ut communione minime suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudic<um> die statuta litteris evocatus minime occurrerit, hoc est, infra spacium mensis ex ea die, qua cum litteris accipiens constituerit; quod <si> aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus occurrere non potuisse manifestum sit, cause suae dicende intra alterum mensem integrum habeat facultat<e>m. Verum tamdiu post secundum non communicet, donec purgetur.

*[c. 62:]* ITEM IN EODEM CAP. XX.
Item placuit, ut accusatus vel accusator in eo loco, unde est, qui accusatur, si metuit aliquam vim temerarie multitudinis, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes perducere, ubi causa finiatur.

*[c. 63:]* DE CAN<O>NE CONCILIORUM DIVERSORUM AFRICANE PROVINTIAE CAP. LXXVII.
Placuit <in> accusatione clericorum excommunicat<um> non admitti in ipsa adhuc excommunicatione constitutum neque omnes servi vel proprii liberti ad acusationem admittantur vel omnes, quos ad acusanda publica crimina lege<s> publice <non> admittunt. Omnes etiam infamie maculis aspersi, istriones ac turpitudinibus subiecte persone, heretici etiam sive pagani sive Iudei nec ad testimonium admittendi sunt isti, qui ad accusationem non mittuntur.

*[c. 64:]* ITEM IN EODEM CAP. XCVII.
Placuit, ut, quotienscumque clericis ab acusatoribus multa crimina obiciuntur, et unum ex ipsis, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cetera non admittetur.

*[c. 65:]* ITEM IN EODEM CP. CII.
Si episcopus quis iratus, quod esse non debet, cito au<t a>spere commoveatur adversus presbyterum sive diaconum suum exterminare eum de ecclesia volens, providendum est, ne innocens dampnetur aut perdat communione<m>, sed habeat potestatem eiectus, ut finit<im>os interpellet et causa eius audiatur et ille episcopus, qui aut iuste aut iniuste reicit, pacienter accipiat et negotium discutiat, ut aut probetur eius aut emendetur sapientia.

---

**Dan.-Handschrift:**
**288:** CANONE] CANNE *Bn* **290:** in] *fehlt Bn* excommunicatum] excommunicato *Bn* **292:** acusanda] acusandam *Bn* leges] lege *Bn* non] *fehlt Bn* **299:** aut aspere] auspere *Bn* **301:** communionem] communione *Bn* finitimos] finitos *Bn*

---

**Quellen:**

*c. 61: Quelle: Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana* c. *18 Rubrik, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 139,183f.* (277 Ut -baptisma) *und c. 19, ebd., S. 140,206-213* (278 Ut - 282 purgetur).
*c. 62: Quelle: Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 30, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 144,319-322. Vgl. Ben. 3,86.*
*c. 63: Quelle: Die Rubrik stammt aus der Einleitung des Dionysius Exiguus zum Konzil von Afrika:* Recitata sunt etiam in ista synodo diversa concilia universae provinciae Africae ..., *ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 182,2f. Der Rest ist mosaikartig zusammengesetzt aus c. 95, 96 und 98 desselben Konzils der Dionysio-Hadriana. Aus c. 95:* 290 Placuit *(ebd., S. 230,1590),* in - clericorum *(ebd., S. 230,1591 f.),* excommunicatum *(ebd., S. 230,1594),* non admitti *(ebd.);* 290f. in - constitutum *(ebd., S. 230,1595). Aus c. 96:* 292 Omnes - 294 Iudei *(ebd., S. 231, 1599-1604). Aus c. 98:* 294 ad - mittuntur *(nach ebd., S. 231,1613f:* Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti praecepti sunt). *Vgl. Ben. 2,362; 3,99; 3,437a.*
*c. 64: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 97, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 231,1609-1611. Vgl. Ben. 3,100.*
*c. 65: Quelle: Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 102, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 159,77-82 und 83-86. Materiell: Konzil von Sardika c. 11, ed. Turner, EOMIA 1, 2, 3, S. 480,18-481,33. Nach* 302 audiatur *ist ausgelassen:* et diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti.
*c. 66-129: Capitula Angilramni, in denen c. 43 fehlt und c. 51 durch c. 7 des Konzils von Sardika der Dionysio-Hadriana ersetzt ist,*

*[c. 130:]* CP.
*(a)* In criminalibus causis nec accusator nisi ipse aliquem accusare potest nec accusatus ad aliam personam se defensare permittitur. *(b)* Constitutiones contra canones et decreta praesulum Romanorum vel bonos mores nullius sunt momenti. In clericorum causa huiusmodi forma servetur, ut ne que<m>quam eorum sententia non a suo iudice dieta constringat. *(c)* Omnis, qui falsa aliis intulerit, puniatur et pro falsitate ferat infamiam. *(d)* Ut provintialis synodus retractetur per vicarios urbis Rome episcopi, si ipse decreverit. *(e)* De his, qui ad accusationem maioris natu veniunt, et ut episcopum nulli criminoso liceat accusare. *(f)* Si quando in causa capitali vel in causa stratus interpellatum fuerit, non <per> procuratores, sed per ipsos est agendum.

*[c. 131:]* CP.
Placuit, ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur.

*[c. 132:]* CP.
causam agit, nullus alius, nullus in eius loco ordinetur episcopus. *(h)* Sane si ex consensu partium iudices fuerint electi, a paucorum numero, quam constitutum est, non liceat provocare. *(i)* Adversus absentes non iudicetur. Quod, si factum fuerit, prolata sententia non valebit. *(k)* Conditiones contra canones et leges vel decreta praesulum vel principum vel bonos mores nullius sunt moment<i>. *(l)* Inter pares sententias clementior severiori praeferatur. *(m)* Si studere incipimus novitati, traditum nobis a patribus ordinem cal<c>abimus. *(n)* Aliqua canone et ordine tenentur, aliqua <consuetudine> firmat<i> sunt. *(o)* Egrotans episcopus pro se legatum ad synodum mittat. *(p)* Nullus episcopus alterum conculcet episcopum aut supragrediatur aut aliquid ei incommodum faciat.

*[c. 149:]* CP.

*(a)* Accusatores calumpniosos et testes iniquos nemo suscipiat. *(b)* Omnis, qui falsa intulerit aliis, puniatur et pro falsitate ferat infamiam. *(c)* Caveant iudices aecclesie, ne absente eo, cuius causa ventiletur, sententiam proferant, quia irrita erit, immo et causam in synodo pro facto dabunt. *(d)* Omnis confessio, quae fit ex necessitate, fides non est. *(e)* Donec tacent, consentire monstrantur. *(f)* Teste apostolo didicimus, ut nullus adversus presbyterum inscriptionem factam absque duos vel tres testes recipiat. *(g)* Sic enim odit deus eos, qui adversum patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur. *(h)* Diis non detrahes et principi popul<i> non maledices. *(i)* Non suscipies vocem mendatii nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimonium.

*[c. 150:]* CP.

*(a)* Non sequeris turbas ad faciendum malum nec in consilio plurimorum adquiesces sententie,

**Dan.-Handschrift:**
**493:** principum] principium *Bn* momenti] momenta *Bn* **494:** pares] patres *Bn* 495: calcabimus] calabimus *Bn* **496:** consuetudine] *fehlt Bn* firmati] *so Bn* **504f.:** duos - testes] *so Bn* **506:** populi] populo *Bn*

**Quellen:**
*(h) Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 15, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 138,154f.*
*(i) Brev. Cod. Greg. 12, 1, Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 451. Parallelen: Ben. 2,360; Ben. 2,399; Ben. 1,391.*
*(k) Brev. Pauli sent. 3, 6, 8, ed. Haenel, S. 382.*
*(l) Brev. Pauli sent. 4, 11, 5, Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 451. Das gleichlautende Breviar ist als Quelle wegen der in einer Epitome Aegidii-Reihe stehenden Parallele Ben. 1,312 (vgl. auch c. 149i aus der Epitome Aegidii mit der Parallele Ben. 1,311) wenig wahrscheinlich.*
*(m) Coelestin I. an die Bischöfe der Kirchenprovinzen Vienne und Narbonne (JK 369) der Dionysio-Hadriana c. 14. Parallele: Ben. 3,15.*
*(n) 6. Konzil von Afrika der Hispana, c. 2 am Ende. Parallele: Ben. 3,15*
*(o) 4. Konzil von Karthago der Hispana c. 21 Rubrik, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 346,134. Parallelen: CA 3m und Ben. Add. 4,17i.*
*(p) 1. Konzil von Arles der Hispana c. 17, ed. Munier, Corp. Christ. 148, S. 12,58f. Parallele, die der Quelle näher steht als Coll. Dan.: Ben. 2,310. Entfernter verwandt sind Ben. 2,400; 3,175; 3,224. c. 149: Gesamtquelle unbekannt.*
*(a) Quelle unbekannt; Parallele: Ben. 3,107.*
*(b) Lex Visig. 7, 5, 5, ed. Zeumer, MGHLL nat. Germ. 1, S. 306. Wörtliche Parallelen: CA 38; Ben. 2,361; 3,346. Zu den Textver hältnissen vgl. Seckel, NA 40, 1916, S. 105f.*
*(c) 4. Konzil von Karthago der Hispana c. 30 (=Stat. eccl. ant. c. 53, ed. Munier, Statuta, S. 88). Parallelen: CA 49; Ben. 3,219 und 2,363.*
*(d) Konzil von Chalkedon Actio I, ed. Schwartz, ACO 2, 3, 1, S. 128,16f.*
*(e) Ebd., S. 140,14. Wie sich an* 503 Donec *zeigt, ist die Versio antiqua oder correeta benutzt. Rusticus hat* In hoc ipso quod.
*(f) Quelle unbekannt. Vorquelle: 1 Tim 5,19, vgl. Schon, Exzerpte, S. 551 f.*
*(g) Der in Actio XIV des Konzils von Chalkedon überlieferte Brief des Proclus von Konstantinopel an Domnus von Antiochien, ed. Schwartz, ACO 2, 3, 3, S. 75 (514),26f. Parallelen: CA 19[bis], daraus abgeleitet Ben. 3,374. Vgl. Schon, Exzerpte, S. 551.*
*(h) Exod. 22,28. Parallele: Ben. 3,402c.*
*(1) Exod. 23,1.*
*c. 150: Gesamtquelle unbekannt.*
*(a) Exod. 23,2-3.*

ut a vero devies. Pauperi non misereberis in negotio *(b)* nec declinaberis in iuditium pauperis. *(c)* Dei ordinationem accusat, in qua constituuntur, si quis episcopos accusat vel condempnat, dum minus spiritalia qu<am> terrena seetatur.

*[c. 151:]* CP.
*(a)* Episcopi a deo iudicandi sunt, non ab humanis aut prave vitae hominibus lacerandi ipso domino exemplo dante: Et mensas numulariorum proprio evertit flagello et eiecit de templo. Et sic alibi ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem <deos> discernit. *(b)* Si qui<d> criminis adprobatus fuerit, in auctore vindicetur.

*[c. 152:]* CP.
*(a)* Clericos aut laicos accusantes episcopos aut clericos passim et sine probatione ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur aestimationis opinio vel suspitio. *(b)* Sunt quidam, qui contra aecclesiasticam regulam pugnare videntur et per testes redemptos putant se ad accusationem ammitti debere. Hi omnino non admittantur, nisi actus publici docuerint omni se suspitione carere. *(c)* Quaerendum in iuditio, cuius sit conversationis et fidei his, qui accusat, et qui accusatur. *(d)* Hi, qui non sunt bone conversationis, et quorum vita est accusabilis, maiores natu non permittuntur accusare. *(e)* Quorum fides, vita et libertas nescitur, non possunt accusare sacerdotes. *(f)* Viles persone nullatenus admittantur ad accusationem sacerdotum. *(g)* Nulli criminoso liceat episcopum accusare. *(h)* Numidius episcopus dixit: Sunt praeterea quamplurimi non bone conversationis, qui existimant maiores natu vel ipsos episcopos passim vageque in accusatione pulsandos. Debent tam facile admitti necne? Aurelius episcopus dixit: Placet caritati vestrae, ut his, qui in aliquibus criminibus inretitus est, vocem adversus maiores natu non habeat accusandi? Ab universis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittatur. Placet. *(i)* Placuit, ut omnes servi et liberti omnesque infame<s> persone ad accusationem non admittantur vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publice non admittunt. Quos leges saeculi non ammittunt, his dicendi in cognitionem vel assequendi aliquid deneganda est licentia.

**Dan.-Handschrift:**
**512:** quam] qui *Bn* **516:** deos] *fehlt Bn* quid] quis *Bn* 517: auctore] auctoritate *Bn* **519:** clericos] clericus *Bn* **524:** Hi] His *Bn* **531:** omnes] *korr. aus* omnis *Bn* **532:** infames] infame *Bn*

**Quellen:**
*(b) Exod. 23,6.*
*(c) Isidor von Sevilla, Sententiae 3, 19, 2, Migne, PL 83, Sp. 709D. Parallelen: CA 1a; Ben. 2,365; 3,167a. Unter den Parallelen steht Ben. 2,365 mit* 511 si quis *statt sonst* qui *Coll. Dan. am nächsten.*
*c. 151: Gesamtquelle unbekannt.*
*(a) Isidor von Sevilla, Sententiae 3, 39, 5, Migne, PL 83, Sp. 709D. Parallele: Ben. 3,441, das stärker bearbeitet ist, vgl. Seckel-Juncker, ZRGKan. 23, 1934, S. 366ff.*
*(b) Quelle unbekannt.*
*c. 152: Gesamtquelle unbekannt.*
*(a) Konzil von Chalkedon der Dionysio-Hadriana c. 21, ed. Schwa rtz, ACO 2, 2, 2, S. 59 (161),15f. Wörtliche Parallele: Ben. 3,84, das mit* 520 vel suspitio *genauso interpoliert ist wie Coll. Dan.*
*(b) 1. Konzil von Arles der HGA c. 13, Vat. lat. 1341, f. 45*$^{va}$*, vgl. Munier, Corp. Christ. 148, S. 12,48-51, bei dem die pseudoisidorische Tradition durch die Konzilienausgaben von Crabbe und Surius, die auf der ersten Konzilienausgabe von Merlin fußen, vertreten ist. Parallele: Ben. 1,401, der mit* actis publicis *statt* 522 actus publici *geringfügig quellentreuer ist als Coll. Dan. Die Interpolationen* 522 admittantur *(statt* permittantur) *und* 522f. omni - carere *finden sich bereits in der HGA, vgl. Maassen, Pseudoisidor-Studien I, S. 1081. In drei Punkten weichen Coll. Dan und Ben. übereinstimmend von der HGA ab:* 520f. quidam qui *statt* qui; 522 Hi omnino *statt* omnino; *nach* 522 nisi *Streichung von* ut supra diximus.
*(c) 4. Konzil von Karthago der Hispana c. 96 (=Stat. eccl. ant. c. 52, ed. Munier, Statuta, S. 88). Parallelen: CA 3p; Ben. 3,110; Add. 3,11; Add. 4,17m.*
*(d) Ansegis 1,35, ed. Baluze, Capitularia Regum Francorum 1, S. 709, ed. Boretius, MGH Capp. 1, S. 400 oder Admonitio generalis 789 c. 35, ed. Baluze, S. 226, ed. Boretius, S. 56. Parallelen: Ben. 1,74; 3,111.*
*(e) Quelle unbekannt. Parallelen: Ben. 3,112; 2,359.*
*(f) Ansegis 1,44, ed. Baluze, Capitularia Regum Francorum 1, S. 709, ed. Boretius, MGH Capp. 1, S. 400 oder Admonitio generalis 789, c. 45, ed. Baluze, S. 229 (als c. 44), ed. Boretius, S. 56f. und Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 96, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 231,1599f. Parallele: Ben. 2,362. Die Reihe Coll. Dan. c. 153d-fwar Vorlage für CA 13.*

*[c. 153:]* CP.
*(a)* Placuit, ut, quotiens clericis multa crimina obiciuntur, et unum ex his, de quo prius egerint, approbare noluerint, ad cetera non admittuntur. *(b)* Infames sunt, qui pro aliqua culpa notantur infamia. *(c)* Ideo tales persone nec mandatum dare nec suscipere possunt ad aliquo<d>, etiam si eorum adversarii, qui pro culpa medi<o>cra dampna subire compellitur, infamis efficitur. *(d)* Calumpniatores sunt, qui causas ad se non per<tin>entes in iuditio petunt, nec non et illi, qui sub nomine fisci facultates impetunt alienas, nec etiam et illi, qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocaverint. Hii omnes infames effecti exilio deputentur.

*[c. 154:]* CP.
*(a)* In criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest nec accusatus <per aliam> personam se defensare permittitur. *(b)* Si quando in causa capitali vel in causa stratus appellatus fuerit, non per procuratores, sed per ipsos agendum est. *(c)* In privatorum vero causis nullus alterius iudicis nisi sui se<n>tentia teneatur. *(d)* Nam in civili negotio quam in criminali actione accusatione professio accusatoris manu conscripta procedat. *(e)* Quicumque alium in criminali causa pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem penam, quam reo intendit, quod scripserit, subiturum. (f) In criminalibus causis per mandatum nemo accuset, etiam si princeps praeceperit. (g) Inter <in>scriptionem nemo efficitur criminosus. Spontanea professione <reus> reum non faciet neque illi de altero creditur, qui se criminosum confessus est. *(h)* Ut accusato, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. *(i)* Si accusatoris persona in iuditio episcoporum culpabilis apparuerit, ad arguendum non admittatur.

*[c. 155:]* CANON SARDICENSIS ERA VII. DE EPISCOPIS ACCUSATIS.
Osius episcopus dixit: Hoc placuit, ut, si episcopus accusatus fuerit, et iudicaverint congregati episcopi regionis ipsius ei de gradu suo decerni, et si appellaverit, qui deiectus videtur, et confugerit ad beatissimum Romane ecclesie episcopum et voluerit audire, si iustum putaverit, ut renovetur

**Dan.-Handschrift:**
**538:** aliquod] aliquo *Bn* **539:** mediocra] medicra *Bn* **540:** pertinentes] permittentes *Bn* **541:** principum] principium *Bn* **544f.:** per aliam] *fehlt Bn* **545:** stratus] *so Bn, vgl. oben Z. 311* **547:** sententia] setentia *Bn* Nam] *so Bn, vgl. oben S. 126, Anm. 1* **548:** actione accusatione] *so Bn (wahrscheinlich ist ein Glosse in den Text geraten)* **551:** Inter] *so Bn, vgl. oben S. 126, Anm. 1* inscriptionem] scriptionem *Bn* **552:** reus] *fehlt Bn* **555:** SARDICENSIS] SACDCS. *Bn*

**Quellen:**
*c. 153: Gesamtquelle unbekannt.*
*(a) Konzil von Afrika der Dionysio-Hadriana c. 97, ed. Munier, Corp. Christ. 149,1, S. 1609-1611. Parallele: Ben. 3,100.*
*(b) Quelle unbekannt.*
*(c) Quelle unbekannt. Der Text ist wohl verderbt.*
*(d) Brev. Cod. Theod. 9, 29, 3 Epitome Parisiensis, ed. Haenel, S. 202 gekürzt,*
*c. 154: Gesamtquelle unbekannt.*
*(a) Brev. Pauli sent. 5,18, 11 Interpretatio Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 433. Wörtliche Parallele: CA 36.*
*(b) Brev. Pauli sent. 5, 37, la Interpretatio oder (wegen der Quellen von c. 155a und c-f wahrscheinlicher) Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 442. Untereinander wörtlich übereinstimmende Parallelen: CA 41; Ben. 3,347 und Add. 4,14.*
*(c) Brev. Cod. Theod. 4,14,1 Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 122. Teilparallelen zu* 547 nullus - teneatur: *CA 15 Schluss; Ben. 3,308 Schluss und Ben. Add. 4,23 Schluss.*
*(d) Brev. Cod. Theod. 9,1, 4 Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 170.*
*(e) Brev. Cod. Theod. 9, 1, 8 Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 172 mit einer sinnändernden Interpolation:* 548f. criminali causa *statt* de homicidii crimine capitali obiectione.
*(f) Brev. Cod. Theod. 9, 1, 9 Epitome Aegidii, ed. Haenel, S. 172 mit zwei Abweichungen:* 550 nemo *statt* nullus; 550f. princeps praeceperit *statt* per rescriptum principis hoc potuerit impetrare.
*(g) Brev. Nov. Marc. 1 Interpretatio, edd. Mommsen-Krueger, S. 185,79f. Parallelen: CA 30 Anfang; Ben. 3,323 Anfang und Add. 4,11 Anfang.*
*(i) Konzil von Karthago der Dionysio-Hadriana c. 19, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 140, 224-226. In gleicher Weise interpolierte, aber umfangreichere Parallelen: CA 3r; Ben. 1,395; 3,90; 3,119 und Add. 4,17o.*
*c. 155: Quelle: Letztlich Konzil von Sardika der Hispana c. 7, ed. Turner, EOMIA 1, 2, 3, S. 460-462 mit kleineren Abweichungen. Trotz der ERA-Inskription (vgl. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 22 und öfter) findet sich der Text nicht in der Collectio Vetus Gallica. Unmittelbare Vorlage dürfte eine unbekannte Kanonessammlung sein, die ähnlich wie die Vetus Gallica in den Inskriptionen* ERA *statt* CAP. *verwendete, vgl. auch c. 157-170.*

examen, scribere episcopus dignetur Roman<u>s episcopis his, qui finit<imi> et propinqui alteri provintiae sunt, ut ipsi omnia diligenter inquirant et iuxta fidem veritatis diffiniant. Quod si his, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut e latere suo presbyteros mittat, erit in potestate sua, quid velit et quid estimet. Et si decreverit mittend<o>s esse, qui praesentes cum episcopis iudicent, ut habeant auctoritatem persone illius, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere, episcopus provincialis negoti<o> terminum inponant, et faciet, quod sapientissimo suo consilio iudicaverit.

*[c. 156:]* CANON ANTIOCENUS ERA XIIII. DE EPISCOPIS ACCUSATIS.
Si quis episcopus de aliquibus causis criminalibus in iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem de ipsis episcopis provintie, qui convenerunt, diversas habere sententias et alius quidem innocentem eum pronuntiare, alius reum. Propter huiusmodi itaque controversiam amputandam placuit sanctae synodo metropolitanum episcopum alterius vicine provintie advocari et aliquantos cum eo episcopos, qui pariter residentes, quicumque fuerint, dir<i>mant quaestionem, propter <hoc>, ut firmum sit iuditium, quod ab ipsis provintie episcopis fuerit promulgatum.

*[c. 157:]* ITEM ERA XV.
Si quis episcopus criminaliter accusatus fuerit, ab omnibus, qui sunt intra provintiam, episcopis e<x>ceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius iudicare non poterit, sed manere circa eum oportet tamquam convenientem, quae ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam.

*[c. 158:]* CANON CARTAGINENSIS ERA X.
Si quis presbyter aut diaconus accusati fuerint, quanti eos debeant iudicare.
Felix episcopus Selemsitanus dixit: Etiam hoc adiciat secundum statuta veterum conciliorum, ut, si quis episcopus, quod non optamus, reatum aliquid incurrerit et urgerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis iudicetur et a sex presbyteris et a tribus diaconis cum proprio episcopo suo.

*[c. 159:]* CANON CARTAGINENSIS ERA LIIII.
Falsus accusator depraehensus absque ecclesia fiet, donec penitendo emendetur.

*[c. 160:]* CANON AGATENSE ERA XXXVIII.
Itaque censuimus falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi penitentie satisfactionem crimina amissa diluerit.

*[c. 161:]* CANON ARELATENSIS ERA XIII.
Quoniam multi sunt, qui contra ecclesiam repugnare videntur et per testes redemptos putant se

---

**Dan.-Handschrift:**
**559:** Romanus] romanis *Bn* finitimi] finitum *Bn* **562:** mittendos] mittendus *Bn* **564:** episcopus provincialis] *so Bn* negotio] negotia *Bn* **571:** dirimant] dirmant *Bn* hoc] *fehlt Bn* **575:** exceperit] et ceperit *Bn* **578:** CARTAGINENSIS] CARAT. *Bn* **582f.:** a[2] - diaconis] *so Bn* **586:** AGATENSE] *so Bn* **589:** ARELATENSIS] ALAT. *Bn*

---

**Quellen:**
*c. 156: Letztlich Konzil von Antiochien der Hispana c. 14, ed. Turner, EOMIA 2, 2, S. 276-278 mit einigen unbedeutenden Abweichungen. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 157: Quelle: Letztlich Konzil von Antiochien der Hispana c. 15, ed. Turner, EOMIA 2, 2, S.* 280. *Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 158: Quelle: Letztlich 2. Konzil von Karthago der Hispana c. 10, ed. Munier, Corp. Christ, 149, 1, S. 17,143-148. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 159: Quelle: Letztlich die Stat eccl. ant in der Form, wie sic in der Quesnelliana-Handschrift Paris, Bibl. nat. lat. 1454 überliefert sind. Zu den Einzelheiten vgl. oben zu c. 53 und 54. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 160: Quelle: Letztlich Konzil von Agde 506 c. 37, ed. Munier, Corp. Christ. 148, S. 208,298-300. Trotz der Parallele in Collectio Vetus Gallica 50,3, ed. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 569,50-52 dürfte die unmittelbare Vorlage wie in der gesamten Reihe c. 156-170 die zu c. 156 postulierte Kanonessammlung gewesen sein.*
*c. 161: Quelle: Letztlich Konzil von Arles 314, c. 14 Schluß und c. 15, ed. Munier, Corp. Christ. 148, S. 12,47-53. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156. Die Collectio Vetus Gallica bietet 50,1, ed. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 566,1-3 unter der*

ad redemptionem ammitti debere, omni<no> non permittantur minime. De his, quia falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare.

*[c. 162:]* CANON EPAUNENSIS ERA XIII.
*(a)* Si quis cleric<us> in falso testimonio convinctus fuerit, reus capitalis criminis censeatur. *(b)* Si quis clericus falsitatem ammiserit, quia capitalia et ipsa sunt crimina, communione concessa ab ordine suo degradetur. *(c)* Si quis clericus circa se aut districtionem episcopi sui putat iniustam aliquid causam dicere, iuxta antiquas constitutiones recurrat ad synodum.

*[c. 163:]* CANON MATINCENSIS ERA XVII.
Si quis convictus fuerit a falso testimonio vel periurio adtraxisse aut quamcumque corruptionem sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet.

*[c. 164:]* CANON CARTAGINENSIS ERA VI.
Ut quisquis episcoporum accusatur, ad primatum provintie ipsius causam deferat accusatus, nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam litteris evocatus minime occurrerit, hoc est intra spatium mensis ex die, qua <e>um litteris aeeepisse constiterit. Quod si aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, cause sue dicende intra alterum mensem integram habeat facultate<m>, verum post mensem secundum tamdiu non communicet, donec purgetur.

*[c. 165:]* ITEM ERA VII.
Si autem nec ad concilium universale anniversarium occurrere voluerit, ut vel ibi causa eius terminetur, ipse in se dampnationis sententiam dixisse iudicetur. Tempus sane, quo non communicat, nec in sua plebe communicet. Accusator autem eius, si numquam diebus cause dicende <de>fuerit, a communione non removeatur. Si vero aliquando defuerit, restituta communione episcopo ipse removetur, ita tamen ut nec ipsi adimatur facultas cause peragende, si se ad diem occurre<re> non <n>oluisse, sed non potuisse probaverit. Sane placuit illud, ut, cum agere <coeperit> in episcoporum iuditio, si fuerint accusatores persona culpabil<e>s ad accusa<n>dum vel agendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas dicere voluerit.

*[c. 166:]* ITEM ERA VIIII.
Sane quis episcoporum seu clericorum, cum in ecclesia ei fuerit crimen institutum vel civilis

---

**Dan.-Handschrift:**
**591:** omnino] omni *Bn* quia] quia a *Bn* **594:** clericus] cleric *Bn* **599:** quamcumque] quamquamcumque *Bn* **601:** CARTAGINENSIS] CARAT. *Bn* **604:** eum] cum *Bn* constiterit] *korr. aus* constiterat *Bn* **606:** facultatem] facultate *Bn* **612:** defuerit] fuerit *Bn* **613:** occurrere] occurre *Bn* **614:** noluisse] voluisse *Bn* **615:** coeperit] *fehlt Bn* culpabiles] culpabilis *Bn* accusandum] accusadum *Bn*

---

**Quellen:**
*Rubrik* CANON ARLATINSIS HIRA XV *nur c. 15 dieses Konzils, also höchstens eine Teilparallele. Soweit sich dies aus der Edition Muniers entnehmen läßt, hat demgegenüber nur die Collectio Novariensis (ed. Martinez Diez, Anuario del Historia del Derecho Español 33, 1968, S. 416) ebenso wie Coll. Dan. die Schlußworte von c. 14* factis publicis docuerint) *gestrichen. Die Collectio Novariensis stimmt aber in der Kapitelzählung nicht mit Coll. Dan. überein, da sie den Text anders als z. B. die Hispana als c. 14 zitiert.*
*c. 162: Gesamtquelle unbekannt. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*(a) Konzil von Epao 517, ed. Maassen, MGH Conc. 1, S. 22, 5f.*
*(b) Konzil von Orleans 583, c. 9 am Anfang, ed. Maassen, MGH Conc. 1, S. 76,4-6. Nach* 595 clericus *ist* furtum aut *gestrichen.*
*(c) Stat. eccl. ant. c. 88, ed. Munier, S. 95.* 596f. aliquid - constitutiones *ist interpoliert. In der Quelle heißt es stattdessen* putat.
*c. 163: Quelle: Letztlich Konzil von Mâcon 581/3 c. 18 (17) Mitte, ed. Maassen, MGH Conc. 1, S. 159,22f Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 155, Anm. 271 vermutet als Quelle Collectio Vetus Gallica 50,2 (ebd., S. 566,7-9), die an der gleichen Stelle des Kanons einsetzt wie Coll. Dan. Angesichts der Reihe c. 156-170 spricht dennoch mehr für die zu c. 156 postulierte Kanonessammlung.*
*c. 164: Quelle: Letztlich Breviarium Hipponense c. 6, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 34,28-35,39. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 165: Quelle: Letztlich Breviarium Hipponense c. 7, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 35,40-54. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*

causa fuerit commota, his relict<o> ecclesiastico iuditio publicis iudic<ii>s purgare voluerit, etiam si pro illo fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Hoc in criminali iuditio, in civili vero perdat, quod evicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad elegendos iudices undique ecclesie patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qu<i> de universa ecclesia male sentiendo, saeculari de iuditio poscit auxilium, cum privatorum christianorum causas apostolus ad ecclesias differri atque ibidem terminare praecipit.

*[c. 167:]* CANON TERRACONENSIS ERA LXXV.
De his, qui sacerdotes accusant nec probant.
Si quis episcopum vel presbyterum vel diaconum falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in finem dandam ei esse communionem.

*[c. 168:]* CANON BRAGARENSIS ERA VIII.
Ut qui sacerdotem accusaverit et id non probaverit.
Placuit, ut, si quis aliquem sacerdotem in accusatione fornicationis impetit, secundum praeceptum Pauli apostoli, ut testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit de testimoniis adprobare, quae dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

*[c. 169:]* CANON CALCIDONENSIS ERA XXI.
Cleric<us> sive laicus, qui accusaverit episcopum aut clericum temere atque indifferenter non debet suscipi, in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit perscrutata.

*[c. 170:]* CANON CARTAGINENSIS ERA VI.
Ut, qui criminibus implicati sunt, sacerdotes vel clericos non accusent.
Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Praeterea sunt quamplurimi non bone conversationis, qui estimant maiorem natu aut clericos in accusatione pulsandos. Non debent tam facile admitti contra apostolicam regulam. Placet igitur caritati vestrae, ut hi, qui in aliquibus sceleribus inretitus est, vocem adversus maiores natu non habeat accusandi. Ab universis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittat<ur>, ut accuset.

*[c. 171:]* Era est signum numeri dictum ab ere, quia mos quondam antiquorum fuit signare pondera in nummis, qui tunc fiebant ex ere, sive in aliis speciebus pecuniarum. Verbi gratia dracma sunt tres denarii. Denarius autem, quo continebantur tres denarii, habebat inpressum in se sui ponderis ita III. Sic per reliqua tempora. Nunc vero, quando scribimus, in capitulis prima era, secunda era, scribimus ita I.I. et ista signa numeri vocantur era.

*[c. 172:]* In decretalibus Calisti pape.
De remissione peccati post lapsum.
*(a)* E<r>ra<n>t enim, qui putant sacerdotes post lapsum, si condignam egerint penitentiam, domino ministrare non posse et sic honoribus frui, si bona<m> deinceps vitam duxerint et suum

---

**Dan.-Handschrift:**
**620:** relicto] relicta *Bn* publicis] *korr. aus* publices *Bn* iudiciis] iudices *Bn* **621:** sententia] *korr. aus* sentia *Bn* **623:** qui] quae *Bn* **626:** TERRACONENSIS] TRACONS. *Bn* **630:** BRAGARENSIS] BRAGRAS. *Bn* **636:** Clericus] Cleric *Bn* **644:** admittatur] admittat *Bn* **645:** Era] *am Rande von neuzeitlicher Hand wiederholt Bn* **646:** dracma] dracmh. *Bn* **648:** III] *in umschriebenem Kreis Bn* **651:** De - lapsum] *am Rande wiederholt Bn* **652:** Errant] Erat *Bn* **653:** bonam] bona *Bn*

---

**Quellen:**
*c. 166: Quelle: Letztlich Breviarium Hipponense c. 9, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 36,64-77. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 167: Quelle: Letztlich Konzil von Elvira c. 75, Migne, PL 84, Sp. 310. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 168: Quelle: Letztlich Konzil von Braga 572 c. 8, Migne, PL 84, Sp. 572. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156.*
*c. 169: Quelle: Letztlich 2. Konzil von Karthago der Hispana c. 6, ed. Munier, Corp. Christ. 149, 1, S. 14,78-15,88. Zur unmittelbaren Vorlage vgl. zu c. 156. Die Paralleltexte in den Canones de causa Apiarii (ed. Munier, ebd., S. 103, S. 119, S. 135) kommen wegen der in Coll. Dan. mit der echten Hispana übereinstimmenden Rubrik, die auch einen Einfluß der HGA ausschließt, und wegen der mit der Hispana übereinstimmenden Kapitelzählung nicht in Frage.*
*c. 171: Etymologischer Deutungsversuch des Wortes* era, *vgl. Mordek, Kirchenrecht und Reform, S. 209, Anm. 6. c. 172: Gesamtquelle unbekannt, (a) Ps.-Calixtus, ed. Hinschius, S. 142,5-10.*

sacerdotium cumdigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam traditas aecclesie claves disputare et agere viderentur, de quibus dictum est: Qu<ae>cumque solveritis in terra, erunt soluta et in caelo. *(b)* Porro sanctus David de criminibus mortiferis egit penitentiam et tamen in honore permansit. *(c)* Et ipse propheta David penitentiam agens dixit: Redde mihi letitiam salutaris tui, et cetera. Et ipse post penitentiam alios docuit et sacrificium deo optulit. *(d)* Beatus quoque Petrus amarissime lacrimas fudit, quando dominum negasse penituit, sed tamen apostolus permansit. Et dominus per prophetam peccantibus pollicetur dicens: Peccator in quacumque die confessus ingemuerit, omnium iniquitatum illius amplius non recordabor.

*[c. 173:]* DECRETA ANACLETI PAPE.
De detractoribus et raptoribus.
Nam qui rancida corda virorum inficit, malitiam inter homines spargit. Et qui detrahit fratrem suum, homicida est. Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicit hoc peccatum non esse, homicide particeps est. Pater noster sine dubio deus est, qui nos creavit, mater vero nostra aecclesia, qui nos in baptismo spiritaliter regeneravit. Ergo qui Chisti pecunias et aecclesie rapit, aufert vel fraudat, homicida est atque homicida ante conspectum iudicis esse deputabitur. Qui rapuit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur. Qui autem pecuniam vel res ecclesie abstulerit, sacrilegium facit.

*[c. 174:]* LUCIUS PAPA INQUIT.
*(a)* Res aecclesiarum vestrarum et oblationes fidelium, quas significastis a quibusdam inruentibus vexari vobisque et ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum testante scriptura, quae ait: Qui abstulerit aliquid patri vel matri et dicit hoc non esse peccatum, homicide particeps est, et cetera sicut superius. Unde et Iudas, qui pecuniam fraudavit, quae usibus ecclesie, id est pauperibus, quos ecclesia pascere debet, distribuebatur iussu salvatoris, cuius vicem episcopi tenent, non solum fur, sed fur sacrilegus effectus est. De talibus enim, id est, qui facultates aecclesie rapiunt, fraudant vel auferunt, dominus communicans omnes per prophetam loquitur dicens: Deus ne taceas tibi, ne sileas et non quiescas deus. Contra populum tuum nequiter tractaverunt et inierunt consilium adversum archanum tuum, et cetera. *(b)* Nocere cupiant et lesi ulcesci se velint.

*[c. 175:]* ITEM IN EODEM.
Non oportet recipi accusatores vel vituperatores super levitas et non oportet eos a iudicibus ecclesie audiri adversus eos, antequam eorum discutiatur aestimationis suspitio vel fama, mores et conversatio, fides et vita et nunc nosci poterit, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua constantia qu<o>ve merito, si pro deo aut pro vana gloria aut inimicitia ducti vel odio aut cupiditate fecerint necne. Hec omnia fideliter perscrutanda sunt.

*[c. 176:]* IN DECRETALIBUS FABIANI.
Ut omnes, qui in catholica fide suspecti sunt, in accusatione levitarum atque recte credentium non suscipiantur, quia suspecti semper sunt ammovendi magis quam recipiendi. Merito ergo eorum

---

**Dan.-Handschrift:**
**655:** Quaecumque] quicumque *Bn* **674:** sicut superius] *Vgl. c. 173, Z. 666ff.* **675:** iussu] iussum *Bn* **683:** nunc] *so Bn*
**684:** quove] quave *Bn*

---

**Quellen:**
*(b) Ebd., S. 141,28-142,1.*
*(c) Ebd., S. 142,15-17.*
*(d) Ebd., S. 142,1-4.*
*c. 173: Quelle: Ps.-Anacletus, ed. Hinschius, S. 73,13-21. c. 174: Gesamtquelle unbekannt.*
*(a) Ps.-Lucius, ed. Hinschius, S. 178,27-179,4.*
*(b) Wegen der folgenden Reihe bis c. 183 wohl Coll. Dan. c. 11. Das Fragment* 679 Nocere - velint *ist wohl durch Blattverlust in der Vorlage der Berner Handschrift zu erklären.*
*c. 175: Quelle: Coll. Dan. c. 13. Daß Coll. Dan. c. 13 und nicht die dort zugrundeliegende Ps.-Evaristus-Stelle (ed. Hinschius, S. 92,6-9) Quelle ist, geht schon aus der sonst unerklärlichen Inskription hervor. Außerdem ist der Text - von einer weiteren Änderung abgesehen - genauso interpoliert wie Coll. Dan. c. 13 und entfernt sich durch* 684 inimicitia ducti *statt* inimicitia *weiter von Ps.-Evaristus als Coll. Dan. c. 13. Zu* 681 levitas *statt* sacerdotes *vgl. oben S. 121f. c. 176: Quelle: Coll. Dan. c. 14. Zur Interpolation* 687 levitarum *vgl. oben S. 121 f.*

refutatur accusatio, qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem et legem, qua degere debent, ignorant.

*[c. 177:]* IN DECRETALIBUS INNOCENTII PAPAE.
Nam si fuerit quis levitarum suis rebus expoliatus aut, quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a sede propria eiectus aut in detentione aliqua sequestratus aut excommunicatus, antequam pristino restituatur honore et sua omnia, quae ab insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerint, redintegrentur, convocari nec iudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen iudicandus advenire sponte elegerit, nec omnino a quoquam respondere roget<ur>, antequam integerrime et in pristino gradu omnia, qu<ae> amiserat, restituantur.

*[c. 178:]* ITEM IBI.
Infamis enim persona nec procurator potest esse nec cognitor.

*[c. 179:]* ITEM IBI.
Absente vero adversario non audiatur accusator adversus levitam.

*[c. 180:]* ITEM IBI.
Si quis autem levita iudicem adversum se senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

*[c. 181:]* ANACLETI PAPAE.
Primo semper vita et persona accusantium diligenter inquiratur et postea, quae obiciuntur, fideliter a fidelibus ecclesie pertractentur, quia nihil aliter fieri debet, nisi impeditorum prius vita discutiatur. Hi autem, qui <non> sunt bone conversationis nec legis divinis fulti, vel quorum fides, mores, vita, libertas nescitur, non possu<nt> levitas domini accusare nec viles persone in accusatione levitarum sive recte credentium non suscipiantur. Hi vero, qui in aliquibus criminibus olim inretiti fuerint, vel criminosi vel etiam suspitiosi sunt, voce<m> adversus sacerdotem vel levita<m> non habent accusandi, sed qui omni crimine vel suspitione carent.

*[c. 182:]* EX CONCILIO CALCIDONE CP. XVIII.
De coniuratione vel conspiratione.
Coniurationis vel conspirationis crimen et exteris legibus est omnino prohibitum, multo magis hoc in dei ecclesia, ne fiat, amovere convenit. Si ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes vel conspirantes aut insidias ponentes episcopis, presbyteris aut clericis, gradu proprio poenitus abiciantur.

*[c. 183:]* ITEM UNDE SUPRA.
Falsi testes prout crimen est, abstinebitur. Si ve<ro> mortis, quod obicit, et probaverit, quod tacuit, placuit per quinquennium abstineri.

---

**Dan.-Handschrift:**
**692:** fuerit] fuerint *Bn* **693:** debet] *korr. aus* debere *Bn* **696:** rogetur] roget *Bn* 697: quae] quod *Bn* **701:** Absente] Absentes *Bn* **703:** nulli] nullum *Bn* **708:** non] *fehlt Bn* legis] *so Bn, vgl. Z. 105* **709:** possunt] possum *Bn* **711:** vocem] voce *Bn* levitam] levita *Bn* **716:** dei] dei in *Bn* ne] nec *Bn* **717:** gradu] gradus *Bn* **720:** Si vero] sive *Bn*

---

**Quellen:**
*c. 177: Quelle: Coll. Dan. c. 18.*
*c. 178: Quelle: Coll. Dan. c. 19.*
*c. 179: Quelle: Coll. Dan. c. 20.*
*c. 180: Quelle: Coll. Dan. c. 21.*
*c. 181: Quelle: Coll. Dan. c. 22. Die gegenüber ihrer Quelle (CA 12-14) bereits interpolierte Vorlage ist weiter verändert. Neben den Änderungen zugunsten der Diakone (vgl. dazu oben S. 121f.) heißt es* 711 vel - sunt *statt* vel qui sunt suspitiosi *und* 712 crimine vel suspitione *statt* suspitione.
*c. 182: Quelle: Coll. Dan. c. 23.*
*c. 183: Quelle Coll. Dan. c. 32 gekürzt.*

*[c. 184:]* EX CONCILIO AFRICANO CP. XCV.
Quod excommunicati ad accusationem non debeant admitti.
Placuit omnibus, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis, quae non admittende sint in accusatione clericorum, iam constitutum est, et quae persone non admitterentur, non expressum est, idcirco diffinimus eum rite ad accusationem non admitti, qui olim pro suis sceleribus excommunicatus vel acusatus fuit, sive sit clericus, sive laicus.

*[c. 185:]* ITEM IN EODEM CP. XCVII.
Ut, qui unum crimen non probaverit, ad alterum admitti non debeat.
Item placuit, quotienscumque clericis aut diaconibus ab accusatoribus multa crimina obiciuntur et, si unum ex ipsis, de quo prius egeri<n>t, probare non valuerint, ad cetera iam <non> admittantur.

*[c. 186:]* ITEM IN EODEM CONCILIO CP. XCVIII.
Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem praecepti sunt ut laici vel clerici aut femine, vel etiam quos ipse accusator de domo sua prod<u>xerit.

*[c. 187:]* ITEM UNDE SUPRA.
Falsus test<i>s prout crimen est. Si vero mortis est, quod obicit, et probaverit, quod tacuit, placuit per biennium abstineri. Si vero non probaverit, conventu clero placuit per quinquennium abstineri.

*[c. 188:]* ITEM IN EODEM.
Quod apostolicis viri<s> sit potestas concilii congregandi, non laicis.

*[c. 189:]* ITEM IN EODEM.
Non licere laicis aliquid decernere de aecclesiasticis facultatibus.

*[c. 190:]* ITEM.
Ad hoc praedistinavit vos deus, ut omnes iniustitias removeatis et omnes praesumptiones abscidatis et clericis laborantibus succurratis et calumpniantibus eorum locum non praebeatis, sed ei, qui calumpniam et obprobrium patitur, adiutorium feratis. Illum vero, qui calumpniam et obprobrium facit, abscidatis et domino in suis clericis opem feratis. Nemo enim sibi nostrum vivit et nemo <sibi> moritur. Si enim vivimus, domino vivimus, sive morimur, domino morimur. Omnes enim stabimus ante tribunal domini Christi.

*[c. 191:]* ITEM UNDE SUPRA.
Falsi test<i>s prout crimen est, abstinebitur. Si ve<ro> mortis <est>, quod obicit, et probaverit, quod tacuit, placuit per biennium abstineri.

---

**Dan.-Handschrift:**
725: constitutum] constituitum *Bn* 727: acusatus] acuisatus *Bn* 729: probaverit] *korr. aus* probaverint *Bn* 731: egerint] egerit *Bn* non] *fehlt Bn* 735: accusator] ad accusator *Bn* produxerit] prodaxerit *Bn* 737: testis] testes *Bn* **741:** viris] VII *Bn* **748:** nemo ] *korr. aus* mo *Bn* **749:** sibi] *fehlt Bn* **752:** testis] testes *Bn* Si vero] sive *Bn* est] *fehlt Bn*

---

**Quellen:**
*c. 184: Quelle: Coll. Dan. c. 27.*
*c. 185: Quelle: Coll. Dan. c. 28.* 730 aut diaconibus *ist interpoliert.*
*c. 186: Quelle: Coll. Dan. c. 29.* 734f. ut - femine *ist interpoliert, womit ein Problem, das Pseudoisidor besonders am Herzen lag, nämlich die Erschwerung des Strafverfahrens, mit einer Radikalkur gelöst wird: Anklage und Zeugenaussage wird Klerikern, Laien und Frauen, also jedem, verboten.*
*c. 187: Quelle: Coll. Dan. c. 32.*
*c. 188: Quelle: Coll. Dan. c. 35a.*
*c. 189: Quelle: Coll. Dan. c. 35b.*
*c. 190: Quelle: Coll. Dan. c. 31 und Rom. 14,8 und 10. Vgl. Ps.-Anacletus, ed. Hinschius, S. 68,25f. und 29.*
*c. 191: Quelle: Coll. Dan. c. 183.*

*[c. 192:]* IN EPISTOLA SYMACHI.
Ut accusatus, si quippiam privatur aut excommunicatur, nulli accusatori respondeat.

*[c. 193:]* EX CONCILIO AFRICANO CP. XCV.
Quod excommunicati ad accusationem non debeant admitti.
Placuit omnibus, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis, quae non admittende sint in accusatione clericorum, iam constituet, quae persone non admitterentur, non expressum est, idcirco diffinimus eum rite ad accusationem non admitti, qui olim pro suis sceleribus excommunicatus vel accusatus fuit, sive sit clericus, sive laicus.

*[c. 194:]* ITEM IN EODEM CP. XCVIII.
Ut, qui unum crimen non probaverit, ad alterum admitti non debeat.
Item placuit, quotienscumque clericis aut diaconibus aut accusationibus multa crimina obiciuntur et, si unum ex ipsis, de quo prius egeri<n>t, probare non valuerint, ad cetera non admittantur.

*[c. 195:]* IN CONCILIO BRACHARENSE.
DE HONESTATE HONORUM ET DISCIPLINA.
Cum beatus apostolus arguere, obsecrare vel increpare in omni pacientia praecipiat, extra hanc doctrinam novimus quos<dam> de fratribus tantis cedi<b>us in honoratos effervescere, quanto poterant latrocinantium promereri persone. Et ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est presbyteri vel abbates sive levite, qui excepto gravioribus et mortalibus culpis nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, ut passim unusquisque prolatus honorabilia membra sua, prout voluerit et ei placuerit, verberibus subiciat et dolori necdum incaute subdita percutit. Membra ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat iuxta illud, quod quidam sapiens dicit: Leviter castigatus reverentiam exhibet castiganti. Asperitatis autem nimiae increpatio nec increpationem recipit nec salutem. Et ideo si quis aliter, quam dictum est, praedicatos honores subditos licentia percepte potestatis elatus malitia tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberum, quae intulerit, excommunicationis pariter et exilii sententiam sustinebit. EXPLICIT CANON. DEO GRATIAS.

**Dan.-Handschrift:**
**756:** EX] EXX *Bn* **758:** sint] sinit *Bn* 765: egerint] egerit *Bn* 769: quosdam de] quosdem *Bn* cedibus] cedimus *Bn* **772:** prolatus] *korr. aus* prolatum *Bn* 773: ipse] ipsa Bn

**Quellen:**
*c. 192: Quelle: Coll Dan. c. 33.* 755 aut exeommunicetur *ist interpoliert.*
*c. 193: Quelle: Coll. Dan. c. 184.*
*c. 194: Quelle: Coll. Dan. c. 185.*
*c. 195: Quelle: Konzil von Braga (ca. 675) c. 6.*